4215 Nr 2
Lane Medical Library
1824

DE PLUMBO EIUSQUE VI NOXIA IN CORPUS HUMANUM.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE GRATIOSI
MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI
UT SUMMI
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE SIBI CONCEDANTUR
DIE I. M. APRILIS A. MDCCCXXIV
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

CAR. CHRIST. LEBR. TRÜSTEDT
MARCHICUS.

OPPONENTIBUS:
DÖNIGES, MED. DR.
NOLLAU, MED. DR.
BRACH, MED. CAND.

BEROLINI MDCCCXXIV.
FORMIS BRÜSCHCKIANIS.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/IA40152009_0108

VIRO

GRAVISSIMO, ILLUSTRISSIMO,

EXCELLENTISSIMO SUMME VENERANDO

I. BÜTTNER

UTRIUSQUE MEDICINAE DOCTORI, MEDICO-CHIRURGORUM EXERCITUS BORUSSICI PRAEFECTO SUPREMO, INSTITUTI FRIDERICO-GUILIELMI ET ACADEMIAE MEDICO-CHIRURGICAE DIRECTORI: ORDINIS REGII DE AQUILA RUBRA IN TERTIA CLASSE, CRUCE FERREA IN CLASSE SECUNDA, ORDINIS CAESAREI RUTHENICI ST. VLADIMIRI, NEC NON ORDINIS REGII SUECICI VASANI ORDINISQUE BELGICI LEONINI EQUITI ORNATO ETC.

HOCCE SPECIMEN ACADEMICUM

PIA GRATAQUE MENTE

NEC NON

SUMMA CUM REVERENTIA

OFFERT

D. D. D.

AUCTOR.

Prooemium.

Dignum dissertationis inauguralis argumentum et eligere et tractare, magnam medico tironi, doctrina et experientia destituto, difficultatem exhibet. Ceterum in studiorum genere tam late patente tamque difficile assequendo, experientiam, sine qua, quamvis probam theoriae dedisses operam, parum profeceris in re medica, maxime valere, neminem fugere potest. Itaque, cum id mihi semper propositum fuisset, ut nullam nisi quam mea ipsius observatione et experientia perspexissem materiam, tractandum eligerem, in plumbum morbosque, ex noxio huius metalli influxu oriundos, incidi. Quorum morborum, plumbo debitorum, varias formas observandi, quodque a praeceptoribus meis (quorum semper pio animo

colam memoriam, quibusque hoc in loco publice gratias ago) librisque hac de re maxime divulgatis didici, in persuasionem propriam convertendi, occasio mihi contigit, laetissima per annum in Nosocomio Caritatis Berolinensi medici inferioris ordinis munere fungenti. Hoc igitur argumentum pro viribus exiguis tractatum, lectori benevolo propono. Quantis autem dissertatio mea vitiis laboret, minime me latet, eorumque sensu intimo afficior, simul autem, magnam eorum partem in argumenti difficultate positam esse, arbitror. Ad quam, benevole lector, ut animo amico respicias, quaeque occurrerint vitia, praetervideas, etiam atque etim rogo. Vale!

---

§. 1.

Inter metalla, quorum antiquissimi iam medici noverant vim tum medicatricem tum organismum nocenter afficientem, insigne est plumbum, seu Saturnus, colore coeruleo albescente, pondere specifico 11, 352; subductile est, nec ulla fere gaudet duritie et elasticitate. In quo tamen metallo describendo definitiones veterum, cum aliis metallis plumbo similibus plane respondeant, valde sunt confusae, quin etiam idem aliis metallis nomen imposuerunt, stannum v. c., ut accuratius distinguerent, plumbum album, bismuthum eadem ex causa plumbum griseum, nostrum vero plumbum nigrum nominarunt. Plumbi ceterum usum communem iam antiquissimis temporibus fuisse notissimum, neminem fugit, quippe cuius in scriptis sacris invenimus mentionem, Mose et Jobo testantibus, res gestas, memoria dignas, plumbo fuisse insculptas.

§. 2.

Reguli forma plumbum fere nusquam invenitur, sed semper oxydatum, mixtum cum aliis metallis effoditur, praecipue cum argento vel stanno. Patent nobis tales minerae Saturno uberrimae ad Gazellam in Hispania, ad Kesvicum et Lancashiram in Anglia; nec nos praetereunt fodinae Saturni, quibus Germania abundat prope Altenburgum, Joann-Georgenstadt et Sadisdorff in Misnia; nec Sueciae tales minerae desunt, ubi ad Bastnaesam, Bisbergam, Stegeborgum et Granam plumbum cum aliis metallis mixtum invenitur.

§. 3.

Maximi momenti est plumbi cum oxygenio coniunctio, cuius Buchholz 1) auctore tres gradus observamus.

1. Plumbum oxydatum citricum, protoxydum, Masticot, paratur ita, ut plumbi cinis (qui eius, dum liquefit, obtegit superficiem, atque ex Proust sententia oxydum illud, plumbo metallico mixtum, continet) continuo terendo, accedente aëre atmosphaerico, igni vehementiori exponatur. Bene exsiccatum colore gaudet flavescente nec, nisi aqua impletum, subalbidum reperitur.

---

1) Buchholz Theorie und Praxis der pharmaceutisch-chemischen Arbeiten 1818.

2) Plumbum oxydatum rubrum, deutoxydum, minium, efficitur protoxydo, dum in furnis, hanc ad rem aptis, continenter teritur, et aqua adspergitur, leniter fricto, ita ut non candescat. Pulverem ex flavo rubescentem, ponderosum, ex parvis tenuibusque squamulis nitentibus constantem, praebet, odore pariter atque sapore carentem, aqua haud solubilem. Quem si usseris gas oxygenii parte deperdita, in protoxydum mutabis. Lithargyrum oxydum est semifusum, compositum e squamulis, nitorem argenteum referentibus, paullulum tamen e rubello flavescentibus, quod e Masticot minioque constare videtur.

3. Plumbum oxydatum fuscum, peroxydum, aut digestione minii cum acido nitrico, haud valde concentrato, acidove acetico, quo facto insolubile remanet; aut minio chlorine infuso, oritur. Acidum scilicet nitricum nonnisi Saturni oxydula solvit, quare principii oxygenii pars e minii altera parte in alteram transit, ita ut protoxydum, in acido nitrico solutum, et tritoxydum efficiatur.

Protoxydi centum partes continent 92,59 partes plumbi et 7,41 oxygenii; deutoxydi 88 plumbi et 12 oxygenii et peroxydi 79 plumbi et 21 oxygenii. Quibus omnibus oxydis id proprium est, ut si apta temperie liquefiant, indolem recipiant vitream (vitrum saturni). Ceterum omnia haec

oxyda carbonibus candefacta, vel ante tabulum ferrumineum vehementer percalefacta, in saturni regulum reduci possunt. Quo modo facillime inquinamenta plumbi ex aliis materiis detexeris. Cum cera et oleis pinguibus, quibus iuncta emplastra et unguenta conficiunt, oxyda facillimam ineunt coniunctionem.

§. 4.

Uti Sulphur omnino fere omnibus cum metallis facile iungitur, ita etiam cum plumbo, quo admixto Sulphas nigrum Bleiglanz dictum, formatur. Plumbi superficies aëri atmosphaerico, e quo acidum carbonicum resorbetur, exposita, in plumbum carbonibum mutatur.

Aqua pura, omni aëre privata, cum aquae acidulae facillime plumbi oxydationem efficiant, nullam in plumbum vim excercet. Quodsi Galenus et Lindenstolpius plura exempla de noxia vi aquae, per canaliculos plumbeos fluentis, memoriae prodiderunt, verisimiliter accipiendum est, aquam hisce in casibus carbonicam, plumbum carbonicum exortum iam continere, id quod multis exemplis probatur 1).

1) Orfila's Toxicologie übersetzt von Hermbstaedt. 2. Thl. Berl. 1818. p. 233.
Osann Dissertatio inauguralis sistens saturni usum medicum maxime internum Jenae 1809. Cap. II. p. 10.

Inter acida praecipue acidum nitricum plum-
n facillime solvit, parte eius decomposita,
mboque ita in protoxydum mutato. Oxydula
nibus cum acidis iungi possunt, haud vero
rda, priusquam cum alio corpore oxygenii par-
1 communicarunt.

§. 5.

Si virtutem plumbi in universum aestimamus,
ltifaria phaenomena complexi, quae usu eius
tim interno partim externo oriuntur, conten-
e nobis licebit, longa iam antiquissimorum
dicorum experientia nisi, venenum esse, idque
uliaris plane indolis, nondum satis perspectae,
qua, quae tandem sit vera efficiendi ratio, nos
uc latet. Videmus itaque antiquissimis iam
poribus medicos variis perscrutationibus ope-
dedisse et multas theorias de plumbi in cor-
humanum virtute ad novissima usque tem-
a prolatas. De qua quam variae sint senten-
, imo etiam quam sibi invicem repugnent,
eterea quam sit difficile si modo fieri possit,
cipium proprium hac de re constituere; non-
lis medicorum celeberrimorum sententiis ex-
tis, apparebit. Tam varios autem effectus
ari, non tam in ipsis positum esse videtur
entiis, quam potius in peculiari plumbi facul-
, ex toto saepe sibi contraria; id quod expe-

rientia edocti novimus, quae summam q plumbi in agendo inconstantiam ostendere n videtur; cum aequalem dosem plumbi in anir tibus fere aequalibus, dum scilicet in aliis par sin in aliis convulsiones oriantur, ex toto c trarium efficere videamus. Lieutaudius e. plumbum anodynum habet, quare laminas pl beas adversum ulcera cancrosa dolentia comm dat. Beaumerus 1) ei vim resolventem tril cui opinioni Goulardius quoque, qui tamen v etiam antisepticam accipit, adsentit. Boerhav saturnum loco repellentis habet, cui Plenk vim exsiccantem nocentem inesse credit, Schn derus 2) insuper constringentem addit. Orfila Cullenius et Osann 4) plumbum inter adstring tia referunt, quod ex Merat sententia praeci tractus intestinalis tunicam muscularem vi co dente et destruente afficit. Jahnius adstringens narcoticum habet, cuius usu partium fluidar resorptio augeatur. Hufelandius Illustrissim plumbata quaecunque eorumque vapores ven instar organismum afficere, censet, quod sen

1) Beaumerus in Richters chirurg. Biblioth. Th. p. 474.
2) Schneider über die Gifte. Würzburg 1815. p. 77.
3) Orfila l. c. p. 231.
4) Osann l. c. p. 32.

atem aeque ac irritabilitatem imminuat, con-
ratum vero et aliis rebus coniunctum vim
causticam exserere possit. 1) Quae quidem
entia haud spernenda mihi videtur, cuique eo
ntius accedo, quia deinde, me de morbis sa-
i usu genitis disserente, eam experientiae op-
e respondere, apparebit. Interim saturnum in
li forma venenum non esse, sed solummodo
da et praecipue salia illos effectus terribiles et
e destruentes edere, certum ponere possumus.

§. 6.

Quibus absolutis, liceat mihi, quosdam plumbi
ctus graves in regnum animale et vegetabile
onere, deinde de effectibus in systemata cor-
s humani separatim disserturo.

Vita plantae aegrotat, simulac saturni vapori-
exposita est; pulcherrima illa species folio-
viridis extinguitur, ipsis flaccescentibus, et
re viridi cum albescente mutato. Inde etiam
tas prope fodinas saturninas sensim sensim-
, quo viciniores sint plumbo, sanam amittere
iem, quo vero remotiores eam retinere, vi-
us. 2)

C. W. Hufeland Therapie Thl. 2.
Percival über Bleigifte im Magazin f. Aerzte St. 3.
p. 276.

§. 7.

Similem saturnus in animal effectum exer quod non procul a fodinis saturninis triste i dit, appetitum cibi sumendi amittit, et marce denique ad illos usque superiores gradus m venenosi quo inter alia alvi pertinacissima ob patio et colica saturnina oritur, de qua post sermo erit; admirandum tamen est, si in aq quibus plumbi particulae admixtae sunt, pis semper vitam degere, narrantur. Quod inter a Cartius praecipue in medium affert, de fluvio D vent, regionis Brittanicae Derbyshirae voc agros perfluente, fariones in eo vivere, carne men pallidiori et sapore acerbiori, capite, so maiore, et dorso curvato; quae phaenom plumbo in aqua contento adscribi possunt. magis est, quod miremur, haec facta contempl et tamen vires illas efficaces videntes, quibus le destruuntur animalia, et nulla adsuescit vita, qu que sunt eiusmodi, ut olim cuique veneno, se sim sensimque necanti, plumbi particulae ads berentur; cui adiungere licet Erndl compert veneficum quendam Bohenicum, quo accura ac totius destinaret, qualis et quantus certo te pore veneni futurus esset effectus, cuique fere neno volatili saccharum saturni addidisse. Tr

chinus 1) denique Corregio et Raphael, pictores celeberrimos, contendit in officio suo praeclarissimo exercendo morbo venenoso ex plumbo esse exstinctos, quam quidem sententiam Osann 2) refutare studet, veneri potius causam mortis tribuens. Hic etiam pulveris, successionis dicti, mentio inserenda est, in quo multi, quos inter et Erndl erat, plumbum contineri putabant, usque dum ars chemica iam excultior contrarium doceret. Osann 3) enim opera, huic rei explicandae dicata, innotuit ex historia comitissae a Brinvilliers, a iudicibus accuratissime explorata, huic pulveri nullum inesse plumbum; id quod idem Osann etiam ex eo apparere arbitratur, quod hic pulvis nec saporem, saccharo saturni similem, prae se ferret, nec effectus, qui ex morbo venenoso plumbo inducto fieri solent, exsereret.

§. 8.

Vis deinde plumbi propria fluida resorbendi etiam memoranda est, nec non eius praecipue in corpora mortua effectus. Plumbum nempe fluida corporis imminuere, totumque quasi corpus exsiccare videmus. Qua de causa cadavera homi-

1) Tronchin de Colica pictonum Genevae 1757. p. 28.

2) Osann l. c. p. 25.

3) ibidem p. 21.

num in cavis, quorum parietibus saturni particulae inhaerent, non putrescunt, quae res magnam hominum admirationem excitavit. Eiusmodi cellam invenimus Bremae, in quo postquam cadavera illata per aliquod tempus iacuerant, tantum abfuit, ut putredo illa invaderet, ut duriora ossibusque similiora fierent (qua propter illi cellae nomen saturninae inditum est) Simile receptaculum Leuvardia in Frisia orientali ostendit, nec scimus, an eadem forte ratione in insulis Canariensibus cadavera hominum optimo modo conservata mumiisque similia inveniantnr 1). Cuius rei causam in eo quaerendam esse, quod hisce in cavis, saturni calces cum aliis terrarum partibus sint mixtae, qua nova formetur substantia, similis argillae, cui eadem vis resorbendi aquam est propria, Osann arbitratur.

§. 9.

Iam ad vim saturni in singula corporis systemata contenplandam transeo. Contendere optimo iure possumus omne fere remedium proprium systema afficere et si quoque alia systemata simul arripiat, vim tamen essentialem in certum

1 Rudolphi Bemerkungen aus dem Gebiete der Naturgeschichte, Medicin und Thierarzneikunde auf einer Reise Th. 1. p. 99.

venenosis saturninis nonnisi post frequentes colicas, paralyses abnormitatesque systematis nervosi, olent oriri (unde iam apud veteres enuntiatio: Colica, quae in paralysin degenerat) et consensus raecipue a Tissot abdomen inter totumque systema nervosum magna doctrina sit illustratus; Saurno tamen vim ipsos afficiendi nervos abiudiare non possumus, ut quam plumbi etiam usu xterno, quo dolores mitigantur celerrime, et ecretiones diminuuntur, animadvertimus. Deinde unt morbi, qui sedem habent in systemate ervoso, in quod plumbum immediate agit. l quod e. c. in epilepsia, quae saturno saatur, organis abdominis haud mutatis, videnus; quam insuper sententiam analogia aliorum etallorum commendat. Huc etiam pertinet hyrophobia, quo morbo dirissimo duos milites se berasse plumbo, Schmuckerus commemorat, mpositione, quam a pastore Silesiaco anno DCCLXXVII. emi iussit Friedericus magnus; ius compositionis haec est ratio: Rc. Mel. proarabaei maial. nr. XXIV. Theriac Unc. duas. peni drachm. duas Rad. Serpentar. drachm. un. matur. Saturn. drachm. unam. Fung. Fraxin. an. viginti.

Ex iis, quae hactenus commemoravimus, conndere nobis licet, saturnum in nervos habere ectum deprimentem, dolores mitigantem et

altiori in gradu ipsam paresin provocantem, ut supra contendimus. Uti vero multa existunt remedia, quae saepe effectum ex toto contrarium exserunt, ita etiam res sese habet in plumbo, occurrunt enim exempla, quibus plumbum, quod nervos vi excitante afficere videbatur, vehementes induxit convulsiones.

§. 11.

2. Effectus in systema irritabile.

Deinde si systema irritabile contemplamur, effectusque, qui in eo plumbi usu provocantur, ponderamus, eandem quoque cum narcoticis invenimus consensionem. Pulsum quod attinet, parva iam dosi plumbi eius frequentia imminuitur, adaugetur vero durities; id quod ex toto consentit cum phaenomenis, quae post adhibita narcotica, observamus, ex quibus solummodo mentionem facio sicutae virosae, Hyoscyami, Belladonnae, pulsum praecipue tardiorem et duriorem reddentium. Fibram muscularem plumbum quoque debilitat praesertim morbo venenoso sensim et gradatim exorto. Motus imminuitur tremulatio et paralysis exoriuntur. In rarioribus casibus actionem musculorum auget, ita ut convulsiones, aliaeque species actionum auctarum huius systematis sese ostendant.

ystema exserere. Merito quidem, singula orgaismi animalis systemata non tam seiuncta conpici, sed omnium potius talem esse connexum, t alterius actio alterius simul corripiat actionem, pponi potest. Quod quidem infitiari non licet, si hoc in casu semper effectus secundarius remeorum assumatur necesse sit, et primarius tamen certum systema ostendi possit. Talia remedia pecifica nuncupantur et plurimorum metallorum m maximam partem in systema reproductivum se directam, intellectum est, e. c. Mercurii praepue in glandulas, aliis contra, quorum exemum praebet ferrum, vasa magis sanguifera et usculos, cum hisce proxime coniunctos, aliis aeterea, ad quae cuprum, bismuthum et zincum rtinent, nervos maxime afficientibus. Saturnus, m proprium systema non occupet, sed omnia tius afficere videatur, haud indignus est, qui oprie pensitetur.

§. 10.

1. Effectus plumbi in systema senbile. Sicut in genere systema nervosum a rcoticis maxime afficitur, ita etiam narcotica primis vis, Saturni propria, in systema agit rvosum. Galenus iam laudat virtutem narcoam laminarum plumbearum, coxis impositarum, pollutiones nocturnas impediendas. Pariter

laminae plumbeae perforatae continenter gestandae supra renes in furore uterino 1), in mictu cruento 2), in calculo renum vel dolore nephritico ad dolores mitigandos 3), commendantur. Magnum tamen observatur inter remedia narcotica discrimen, volatilia nimirum, quae vehementius ac celerius afficiunt cerebrum et sensus, pulsumque saepissime accelerant, uti opium, crocus, et permanentia, quae tardius agunt, minusque cerebrum et sensus sed maiore cum vi vasa sanguifera, musculos et systema ipsum reproductivum afficiunt, ut belladonna, hyoscyamus, datura stramonium, cicuta et digitalis. His proxime positis maxima ex parte saturnus adnumerandus est, pariter enim vim exserit deprimentem, dolores mitigantem, quin etiam aucto gradu paresin provocantem. Nihilo tamen minus influxu suo in cerebrum et sensus caret, ut multa exempla testantur. Quaerimus autem, quomodo saturnus vim suam exserat? num immediate agat in systema nervosum, an primum in viscera abdominis, et deinde potius, digestione turbata, paralyses per consensum excitet? Postremum contendentibus id licet faveat, quod in morbis

---

1) Lazari Riveri prax. medic. lib. 15. c. 5. p. 450.
2) ibidem lib, 14. c. 4. p. 427.
3) ibidem lib. 14. c. 1. p. 420.

ous sub angulis informibus. Cuius sapor dulcis, aud admodum adstringens, color albus est. Iner omnia plumbi praeparata, quae a medicis um ad usum internum tum externum, adhibentur, plumbum aceticum est haud dubie usitatisimum; quo etiam abutuntur multi quum facile olvatur, ad fluida inquinanda. Quo loco haud liena erit quaestio: num plumbum extrinsecus lhibitum, resorbeatur, perveniatque in circulaonis communis vias, nec ne? Plumbum, exrne adhibitum, nunquam nocentes effectus edisse, Theden 1) et Tode 2), plurimis exemplis medium allatis, probare student, imo etiam unold 3) theoretice persequi conatur, quod itio dissertationis suae hisce verbis pronuntiat: plumbum externe corpori humano admotum, nquam circulationis ingreditur vias, quacunque mum forma adhibeatur." Quam tamen accuius si consideramus sententiam, primum aquam aecipue esse vegeto mineralem, quae adhibebar, notari licet; cui vero haud multum plumbi est, eamque continuo adhibitam eundem nihilo-

) Theden medic. chirurg. Bemerkungen.

) Tode medicinisch chirurgische Bibliothek. Bd. 6. p. 232.

) Archiv für die Pharmacie und ärztliche Naturkunde von Schaub und Piepenbring. 1 Bd, 2 St. Cassel 1802. p. 115.

minus sequi venenosum morbum ac fortiorm praeparata, persuasum mihi habeo; quod Alix 1) quoque multis exemplis probat; et si Hunold contendit, plumbum adhibitum sibi ipsam concludere viam, et lumina vasorum coarctare, solummodo experientiam testem invocemus, ut sententiae eius repugnantem. Cuius usu externo quae et quanta vitae discrimina oriri possint, Wendt 2) duobus exemplis nos edocet, quorum in altero res non multum aberat a suffocatione, in altero semitertiana soporosa secuta est. Experimenta, ab Orfila circa plumbum aceticum instituta, quod attinet, si in venas iniiciatur, eosdem quidem ac plumbum gignere effectus, hoc tamen praeparatum multo inferiori gradu, quam cetera salia metallorum corporibus esse noxium, ex iis patet.

§. 15.

Secundo ordine Orfila commemorat plumbum oxydatum rubrum et lithargyrum. Praecipue, si in magna copia paratur, nocet, pariter in unguentis atque in pigmentis terendis. Hoc etiam in vinis inquinandis, et ollis plumbo obducendis, maxime detrimentosum occurrit.

---

1) Alix Observat. chirurg. fasc. 4. obs. 17. p. 107.

2) Arnemann's Magazin für die Wundarzneikunst. Götting. 1797. 3 St. p. 273.

§. 12.

3. Effectus in systema reproductivum.

In systema, quod dicitur reproductivum, agunt praecipue metalla, plumbique in illud effectus tractaturi, formam praeparati, quod vim suam exserit, distinguamus necesse est; quod axioma longa experientia confirmatum et experimentis, imprimis ab Orfila 1) institutis, probatum est. Ex toto enim effectus, quos plumbi salia, interne adhibita, producunt, ab iis discrepant, quos plumbi vapores vel usus externus gignunt. Primum de salibus agamus. Salia in systema reproductivum vim exserunt excitantem, irritantem, functionem systematis lymphatici augentem, resorptionem adiuvantem. Parvae doses vomitum, graviores intestinorum inflammationem aliorumque viscerum provocant, mortemque animalium inducunt, Orfila testante, qui canes multis subiecit experimentis, in iis etiam casibus, ubi non privaverat eos facultate vomendi. Plumbi deinde vapores et usus externus insigni modo adstringunt, actionem ad interiora repellunt, spasmum excitant 2). Inflammatio intestini non oritur,

1) Orfila l. c. Thl. 2.

2) Burdach System der Arzneimittellehre. 2. Auflage. Leipz. 1818. Bd. 2. p. 216.

sed potius constrictio parietum, coarctatio et ipsa luminis obliteratio vasorum. Excitantur quoque vehentissimi dolores ventris, simulac vapores inspirantur, qui dolores aegrotum ad extremam saepe desperationem protrudunt, coniuncti cum pertinacissima alvi obstipatione 1). Simul quoque cibi sumendi appetitus imminuitur, fauces siccescunt, sitis inexplebilis oritur, urinae secretio impeditur. Serius saepe atrophia intrat et intestinorum paralysis eo modo iis, quae morbum venenosum sequuntur, finem imponit.

§. 13.

Effectibus plumbi generatim expositis, ad singulas plumbi compositiones transeamus quatenus in organismum vim exserunt deleteriam. Plumbum reguli forma venenum non esse, supra iam dictum est, hoc igitur loco nobis agendum erit de compositionibus eius, quas secundum Orfilam singulas recensebo.

§. 14.

Plumbum aceticum, saccharum saturni, praebet crystallos forma parallelipipedorum complanatorum, quae finiuntur acute abscissis superficie-

---

1) Fr. Hoffmann de metallurgia morbifera p. 430.

um tartaricum, quo liquor ille abundat, reliqua netallorum oxyda, in fluido soluta, teneat. Itaue solummodo quod vinum plumbum continet, iquore infuso, ex fusco nigrescente colore tingiur; cui autem aut ferrum aut cuprum admixtum st, non turbatur. Liquor ubi praeterea corporis uiuscunque cum plumbo mixtio locum habet, reaedium certum, quod ceteris reagentibus, quae oc in loco exponere a proposito meo longius me bduceret, praeferatur, dignum est.

Liquor probatorius Hahnemanni hoc modo aratur. Drachmae duae calcis ustae, et uncia na sulphuris depurati sedecim unciis aquae eullientis infundantur, et, continuo terendo, leni gni aqua ad siccitatem usque evaporetur. Cuius lcariae sulphuratae remanentis, quae in vitris, ene clausis, conservetur necesse est, drachmae uae cum pari copia acidi tartarici, et unciis seecim aquae destillatae in vitro bene clauso misantur, et bene agitentur. Postquam igitur fluium hoc exiguo temporis spatio liquatum est, ceriter in plura parva vitra infundatur, in quibus ncia dimidia acidi tartarici aequaliter sit distriuta, quo facto celeriter vitrum claudatur. Moendum autem est, ut liquor ille, qui nihil est, si aqua hydrosulphurata, acido tartarico mixta, cidum hydrothionicum aquosum) duodecim ad

summum horis ante usum praeterlapsis praep- retur.

Vinum rubrum suspectum si examinamus liquorem, quem diximus, adhibituri, antea deco- lorandum est, cum mutatio, liquore instillato pro- batorio, exorta, colore rubro obtegatur. Quae de- coloratio, Remer 1) auctore, ita efficitur, ut vino par quantitas lactis admisceatur, quo facto, char- ta bibula filtratum, colore omni privatur.

§. 18.

Dein pervenimus ad aquam, plumbo impraeg- natam, quatenus, ut plumbi compositio, orga- nismum nocenter afficit; ubi considerantes, qua facilitate plumbum carbonicum exoriatur, si plumbum cum aqua, aerem continente, in con- tactum venisset, homines, aqua assumpta, quae in vasis plumbeis contenta, aeri erat exposita, in morbos incidisse, non est, quod miremur. Me- dicamina fluida ne in vasis plumbeis praeparen- tur, Claudinus 2). iam monuit. Uti iam diximus, hoc etiam in casu liquor probatorius Hahnemanni deteget plumbum, ad evidentem autem certitudi-

1) Remers Lehrbuch der polizeilich gerichtlichen Che- mie, Helmstädt 1812. p. 239.

2) Jul. Cael Claudinus de ingressu ad infirmos. Venet. 1663. p. 70.

§. 16.

Armentum album, cerussa alba, paratur plumbo metallico, calori digestionis (30° R.) exposito, dum aceti vaporibus, quibus in oxydum album commutatur, corroditur, plumbo oxydato et plumbo carbonico compositum. Acidum carbonicum eo contineri, inde est manifestum, quod, dum solvitur acidis, effervescit. In magnis fabricis parari solet, in quibus multi homines vaporibus inde sparsis morbo afficiuntur. Cuius cerussae usus, cum tam multifarius sit, frequentissimi sunt morbi ex ea venenosi; utuntur autem ea medici, qui tamen externe tantum adhibent, pictores, pigmenti fabricatores.

§. 17.

Vina, quae plumbo admixto dulcia redduntur. Quamquam adulteratio illa, quae dulcedine peculiari atque suavi vinum afficere studet, multo rarius nunc quam olim, ocurrit, passim tamen caupones vinarii, lucri faciendi studiosi, inveniuntur, qui vina sua nobiliora reddere nimis properent. Quam ad rem aut plumbo acetico aut lithargyro aut denique cerussa utuntur. Mutatur autem vinum una alterave substantia admixta, hoc modo:

1. Pars acidi tartarici, vino contenti, cum plumbi oxydo coniungitur, et pulvis albus, aqua insolubilis praecipitatur.

2. Alia pars plumbi oxydi cum acido tartarico coniuncta, plumbum tartaricum acidulum, vino solutum, remanet, quocum saporem suavem, dulcem, haud admodum constringentem communicat.

3. Vini color mutatur. Praeparatorum enim quae supra memoravimus, uno alterove infuso, vinum, quod plumbum substantiarum colorem inducentium partem praecipitat, pallidius fit.

Vinum adulteratum corpori humano quam sit inimicum, iam ex iis, quae supra de plumbi effectibus in genere disseruimus, patet, qua de causa peropportune chemia forensis reagentia invenit, quibus adhibitis, adulterationem detegere liceat. Quare est medici, imprimisque forensis, si vinum aliquod ei est suspectum, reagentia, nobis nota, ad eius adulterationem detegendam adhibere, quorum hoc in loco solummodo optimorum mentionem sum facturus.

1. Evaporetur in vase vitreo magna vini suspecti copia ad siccitatem usque, remanentia terantur cum pulvere carbonum, et valde candefiant. Qua ratione si granum plumbi obtinueris, vinum plumbo inquinatum erat. Quod experimentum inter omnia plurimum valet, et nunquam nos fallit, sufficiente modo vini copia adhibita.

2. Instilletur vino suspecto liquor probatorius Hahnemanni, qui omnibus ex solutionibus plumbum exfusco nigrescens praecipitat, cum contra aci-

lumboque, hoc modo inter cibos consumpto, ibuat, dum homines inde a saeculo decimo uinto (id est secundum hunc auctorem inde a uo tempore ollae plumbo obduci coeperunt,) ad l debilitatis corporis esse delapsos demonstrare udeat. Multifariis perscrutationibus, hanc ob em institutis, sententiae variae pro et contra bell exoriebantur. Ita Hecker 1) frequentiorem ostro tempore atrophiam in infantibus in usu asorum plumbo obductorum esse querendam ntendit; cui vero Fuchs 2) contradicit. Imprimis vero Müller 3) viri doctissimi effata, quae odum excedunt, refutavit, ostendens, non plum-, quo vasa obduci solent, sed omni nostrae vindi rationi moribusque virium humanarum decientium causam esse dandam. Effectus quidem axime noxios licet non possim non tribuere umbo, hoc tamen in casu magis Müller sentiae accedo, cuius argumenta, quibusnam de usis vires corporis humani sint imminutae, forra esse arbitror. Verumtamen est certissimum, amvis Ebell modum excedat, plumbum, in ol- obducendis usitatum, summa corpori humano

1) Hecker im Journal der Erfindungen, Theorien und Widersprüche. Bd. 2. St. 7. p. 95.

2) Fuchs neueste Prüfung, ob Säuren im Stande sind die Bleiglätte in d. Töpferglasur zu lösen. Jena 1794

3) Müller über Bleikrankheiten. Frankfurt a. M. 1796.

adducere posse incommoda, partibusque plumbi paullatim consumptis, venenosum morbum sensim sensimque invadere, praesertim, cum vitrum Saturni illa maxime materia, qua ollae obducuntur, minus apta proportione parata, ollisve haud iusto gradu ussis 1), pinguedinibus et acidis tam facile solvi, reputemus. Plumbum in cibis cognoscitur sapore, saccharo simili, plumbique, quae recensuimus, reagentibus.

§. 20.

Septimo ordine Orfila commemorat modum, quo syrupis spiritibusque frumenti, saccharo saturni addito, claritas tribuatur. Boudet nempe in syrupis et spiritibus, uti vulgo in commercio occurrant, plumbum se detexisse contendit; quod vero Hermbstaedt merito impugnat, cum causam, cur plumbum aceticum usurparetur ad spiritus et syrupos claros reddendos, se non intelligere fateatur, et, si Boudet plumbum in liquoribus illis invenisset, id alio modo huc pervenisse arbitratur.

§. 21.

Quibus absolutis, de plumbi vaporibus agemus. Nulli fere metallo tanto gradu proprium est, in vapores evolare, quam plumbo; qui fa-

---

1) Fr. Hoffmann l. c. p. 432.

m, plumbum carbonicum aquae esse admixtum, on, priusquam, acidis additis, effervescentia exiatur, pervenimus; deinde etiam remanentia, rbonibus candefecta, plumbum metallicum osndent.

§. 19.

Cibos, in vasis plumbeis paratos, quod attiet, iis, qui aut continent acida vegetabilia, save acidula, aut fermentatione acidum gignere ssunt, plumbum oxydatur, et postea solvitur vasis plumbeis vel plumbo obductis. Hic disnguamus necesse est 1 vasa cuprea, stanno obcta; 2. vasa figlina, plumbo obducta.

Experientia, cum vasa cuprea pernoxia esse cuisset, stanno, metallo innocente, quo malum ud evitaretur, obduci coeperunt, tunc vero stanni m plumbo inquinatio secuta est, qua ratione, m stannum, plumbo mixtum, facilius fluat, et nnum purum pluris constet, adulteratores faius ad finem suum pervenirent. Plurimae tunc ces auditae sunt contra hunc abusum, noxium ne dubio, imo etiam proprium edictum 1), Fririci magni promulgatum est, quo, ne stannum

1) Uhdens Magazin für die gerichtl. Arzneik. p. 518.

plumbo misceretur, poenis summis propositis, interdixit, iussitque, nonnisi stannum anglicum purum ad ollas, stanno obducendas, in usum vocar Proust 1) vero demonstrat, stannum, pari quantitate plumbi obductum, nullos edere effectus noxios in organismum, quod stannum maiori quam plumbum gaudeat cum oxygenio affinitate, ideoque nonnisi ubi plumbi in mixtione cum stanno quantitas praevaleret, effectum ederet detrimentosum, cum omne stannum antea oxydetur quam plumbum oxygenio afficeretur. Multa tamen existunt exempla in libris notata, ex quibus illucescit periculum, quod, cibis ex vasis, mala stanni cum plumbo mixti proportione laborantibus, sumptis, oritur 2).

Vasorum, quae figuli nostrorum temporum, plumbo obducere solent, causa Ebelli imprimis libro 3) incitata est. Qui vero in hac re impugnanda ulterius progressus est, ita ut virium humanarum, in recentioribus aetatibus imminutarum, culpam solis vasis figlinis, plumbo obductis

1) Proust Annales de Chimie. St. 57. p. 84. und Orfila l. c. §. 751.

2) Physisch medicinisshes Journal. Leipz. 1817. Febr p. 128.

3) Ebell über die Bleiglasur unsrer Töpferwaare. Hanover 1773.

us, quem spodium (Hüttenrauch) nominant, nil est nisi plumbum, in minutissimas partes volatiles solutum, fundum pondere proprio pe-, regiones inferiores replet, et ab hominibus spiratur, in quibus cum saliva mixtus, excitat terrimos effectus, maxime vero systema nervom aggreditur, ita, ut gravissima inde phaenoena oriantur. Plumbi fumum assumptum, quae quuntur, iam Fr. Hoffmann copiose exposuit, nulque in effectibus vaporum plumbi noxiis ntemplandis mentionem facit casus memorabi-, quem Fernelius narrat; empiricum quendam dem contra arthritidem sesquilibram pulveris mbi recipi iussisse; quae res aegrotum in summ vitae discrimen adduxerit; primum enim senteriam, rosiones et torsiones ventris, debiliemque, appetitu suppresso, esse exortam, et nde incendio interno, vigiliis et ictero tandem sse correptum.

§. 22.

Plumbi hactenus proprietatibus, coniunctious, effectibus primum in genere in regnum etabile et animale, deinde quoque in singula temata corporis, nec non compositionibus exitis, ad eas formas morborum transeo, quae mbi vi gignuntur. Rem autem esse difficillin, in primo statim oxordio monendum esse

optimumque mihi, communi morbo plumbi e exorto, qui multifariis tum vel symptomatibus gravioribus levioribusve, vel chronicis acutisve vim suam exserat, accepto, consuluisse, arbitror quarum, cum insigniorum diligentiorem mentionem sim facturus, primum de colica saturnina loquar.

§. 23.

Antiquissimis iam temporibus morbos quosdam descriptos invenimus, nomine tamen colicarum non addito, quos quoque plumbo genitos fuisse non memoratur, cum tamen, colicam antiquissimis iam medicis notam fuisse, ex symptomatibus notatis, concludere possimus. Hippocrates commemorat plurimis in locis scriptorum suorum morbum, quo, qui correptus esset, alvi obstipatione doloribusque in umbilici regione laborasse narratur, idque eo magis nostro morbo respondet, quia iam tunc temporis plumbum erat notissimum, et usu communi tractari solebat. Post Hippocratem Celsus 1) Cassium narrat primum contra ventris dolores adhibuisse remedium certum, quod Χυλικόν nominarit, et Coelius Aurelianus 2) descripsit colicas, quae, etsi nullam

1) Celsus de medicina lib. 4. C. 14. u. lib. 5. c. 25.
2) Coel. Aurelianus morb. chron' lib. 4. cap. 7.

lumbi, antea consumpti, faciat mentionem, ostrum tamen morbum referre videntur. Galeus primus fuisse videtur, cui iste morbus innoiit, quem licet non separatim describat, tamen, t vasis stanno, cui plumbum sit additum, factis bi caverentur, praecepit. Paulus Aegineta 1) quitur de colica, quae in paralysin transeat, vicenna similem colicam describit, qua corpti stercora caprarum similia excreverint, freienti insuper vomitu cholerico. Quem plumbi fectus nocentes bene cognovisse, ex scriptis suis nstat. Idem de plumbo, quod mulieres contra cera intestinorum et diarrhoeam infantum adbuerint, tradidit, et de eius effectu venenato verba facit 2), „est lethale medicamentum, inam sistens, ventrem et ureteres inflans ac stendens, linguam dealbans, praefocans respiranem coarctans."

Saeculo decimo quinto in Germania publican est edictum de vinis adulteratis, quae similia orborum symptomata excitarunt, atque veneno- morbo ex plumbo exorto, animadvertimus. racelsus, si indicia, quae proponit diiudicamus, urata huius morbi cognitione excelluisse vide-

) Paulus Aegineta de re medica l. 3. c. 18 in fine.
 Avicenna Canon medicinae. l. II. tract. 2. p. 193. Louanii 1658.

tur, cuius serioribus temporibus frequentissimam invenimus mentionem.

§. 24.

Priusquam ad colicam saturninam accuratius contemplandam transeo, insignis adhuc colicae inserenda est mentio, Pictonum puta. Quae sub finem saeculi decimi quarti primum observabatur recentibusque acidis vinis bibitis exoriri solet eadem fere, quae colica saturnina, symptomata praebet, plurimaeque dissertationes de ea in lucem sunt editae. Atrocissima saevitia grassabatur inter Pictones, ita, ut magna hominum copia consumeretur. Plurimi recentes auctores, ad quos Haase 1) et Schmalz 2) pertinent, colicam Pictonum a colica saturnina ex toto abhorrere censent, alii contra quos inter est Richter 3) colicam propriam recenti acido vino sumpto, gigni posse, concedunt quidem, cum autem colica Pictonum nostrae colicae saturninae sit simillima, Richter quaestionem proposuit, haud negligendam, anne illa colica Pictonum vera fuerit colica saturnina, plumbo, forsitan vino, vasis, in eo apparando adhibitis, temere admixto.

---

1) Haase chron. Krankheiten. 2. Bd.

2) Schmalz diagnostische Tabellen p. 131.

3) Richters Therapie 4 Bd. p. 193.

§. 25.

Colicae saturninae symptomata summam :aebent diversitatem, et quo melius morbum ›gnoscimus, eo plura symptomata, antea incognita ›servantur et describuntur a medicis. Quae ıidem symptomata, quia non semper sibi conant, sed saepius sibi repugnant, multiplicem ›rcurrunt scalam; nonnulla tamen pathognomoca, notari possunt. Sunt autem potissimum ec, quae secundum functiones corporis singula rsequar, cumque in colica saturnina functiones turales primum, turbentur, has antea exponere, sum est. Itaque alvi deiectio sensim sensimque agis opprimitur, haud sine pressione in epigaio, quae, alvo tandem ex toto obstipata, auger, inque dolorem, aegrum valde urgentem, nsit, qui, ut ita dixerim, tantus est, ut intena ex ventre extrahi videantur. Praeterea valde riat, ardendo, lancinando, torquendo. Existunt oque casus, in quibus una cum dolore illo ntris aliae etiam nervorum affectiones exorientur; e. g, Stoll 1) aegrum vidit, quem Ischias nul occupavit. Saepissime aegri vomunt ma-

) Mohrenheims Wienersche Beitraege zur practischen Arznei und Wundarzneikunst. Wien 1781. 1. Bd. pag. 3.

teriam nigram, sapore acido amaro, cui ructus acidi interdum quoque dulces accedunt. Item Stoll 1) observabat frequentes vomitus cholericos. Alvi pertinacissima obstipatio, cuius causa a peculiari vi plumbi repetenda est, multum in hac re habet momenti, eiusque deiectiones, quae interdum sequuntur, magis caprarum similes inveniuntur, quod Avicennae iam notum fuit. Interdum vero excrementa minus duria repeperiuntur, et, morbo ingravescente, ipsa diarrhoea; quod tamen signum iam est paralyseos intestinorum incipientis. Tenesmus saepe aegros cruciat, ano retracto. Umbilicus quoque et musculi abdominis sunt retracti, ita, ut saepius iaceant prope columnam vertrebrarum. Quod plerique medici signum habent pathognomicum; Stoll 2) tamen, raro, inquit, se retractum vidisse umbilicum. Urina plerisque in casibus est diversa, nullumque praebet symptoma constans, saepissime est impedita, imo etiam ex toto suppressa. Penis quasi est retractus, testes versus abdomen trahuntur. Morbo iam incipiente appetitus cibi sumendi imminuitur, usque dum tandem ex toto supprimitur, accedente fere siti inexplebili. Fauces cum lingua siccescunt,

---

1) Stoll in Mohrenheims Beiträgen p. 60.

2) Stoll ratio medendi 2 Thl. p 272.

livae secretio imminuitur, ipsa colorem accipit
re coeruleum, et dulcis fit, cutis fere semper
ivenitur sicca et pallida. Maximi autem mo-
ienti symptoma dentes praebent, cuius quidem
mptomatis nullam antea invenimus mentionem,
l quod valde est admirandum, quia tam constans
st certumque, quo ipsae dubiae colicae possint
iscerni. Conspicitur hoc symptoma in coeruleo
vido margine, quo dentes prope gingivam cin-
intur. In tot colicis, quas, dum in nosocomio
iritatis Berolinensi versabar, observavi, nunquam
esiderabatur, semper aderat semperque nobis,
ullo amplius examine aegri instituto, ex hoc
lo symptomate ad colicam saturninam conclu-
ere licebat. Febris rarissime cum colica satur-
ina coniuncta est, pulsus autem rarus inveni-
ır, insigni praeterea duritie, tanquam filo ferreo
milis; id quod Stoll in uno tantum casu non
bservavit. Pulmones proprio modo mutantur,
ccescunt quasi, tussis exoritur sicca; simul et
spirandi difficultas (asthma saturninum); quod
raecipue gignunt vapores plumbi in fabricis at-
ıe fodinis. Ipsae functiones animales in colica
turnina laeduntur, vis motrix est imminuta,
raecipue vero systema nervosum afficitur, animi
anquillitas turbatur, aeger anxius est, impatiens,
iorosus et tristis, illaque mens, ut uno verbo
cprimam, temperatione afficitur, quam hypochon-

driacam nominamus. Quare externa iam aegr species internam mentis indolem repraesentat. Vultus enim distorti superne quasi moventur. Id quod Stoll 1) iam testatur: „adspectus," inquit, quasi maniacorum atque alieni quid habens, attonitus, furiosus, minas cogitans, meditabundus, moerens." Saepe amaurosin observamus, primum pupilla est coarctata, postea vero dilatata; simul quoque videmus aegros eiusmodi obtutum figere in obiecta. Stoll in colica saturnina amaurosin saepius apparentem et evanescentem observavit.

§. 26.

Huius morbi decursum quod attinet, valde est diversus, modo celerior modo tardior. Evadit vel in sanitatem vel in alios morbos, vel in mortem; si in sanitatem, sensim sensimque finiuntur symptomata, quae supra dicta sunt, vitae saepe periculosissima. Dolor imminuitur, alvi pertinacissima obstipatio remittitur, quo facto aeger valde levatur. Ita Pemberton 2) aegrum vidit, qui per horas quadraginta

---

1) Stoll l. c. p. 271.

2) C. R. Pemberton practische Abhandlung über verschiedene Krankheiten des Unterleibes, aus dem Engl. übers. vom Dr. Gerhard von dem Busch, herausg. von Dr. I. A. Albers. Bremen 1817. p. 156.

cto plane erat coecus, visum autem, simulac
vi obstipatio sublata erat, recipit. Quod si pul-
us durus et rarus incipit fieri mollior et frequen-
or, signum faustum est. Hic nempe consuetus
st exitus colicarum apud nos grassantium. Quod
 autem transit in alios morbos, et si frequen-
ores colicae imprimis sint praegressae, facile atro-
hia vel paralysis exoriri solet, de quibus infra
ermo erit. De Haen tetanum colicam saturni-
am secutum vidit, Stoll frequentissime convul-
ones, quem etiam adhuc commemorandam duco
aepissime tubercula in manibus observasse post
olicas saturninas. Si denique mors sequitur,
raecipue post convulsiones intrat, quod iam a
aulo Aegineta 1) observatum est, itemque post
sthma, paralysin sensuum, ubi deinde exoriri
olet vomitus vehemens, enteritis, extremitates
unt frigidae, usque dum mors sequatur. Stoll
asum describit, quo in colica saturnina exorie-
antur convulsiones epilepticae, apoplexia, cuius
nis mors erat. Burserius 2) videbat similes ca-
us, et simul quaestionem movit, num epilepsiae
: paralysis, in quas aegri incidunt, origo a me-
stasi, an a sola nervorum paris vagi et interco-

1) Paulus Aegineta l. c. l. 3. cap. 43.

2) Joh. Bapt. Burserii de Kanilfeld Instit. medic. pract. vol. IV. S. 393.

stalis communicatione, quibuscum nervi brachia-les et saepe crurales consentiunt, sit repetenda. „Dolorum," inquit, „cessatio sine aliqua excretione, quae accedente epilepsia graviori aut paralysi contingit, epilepsiae facile in apoplexiam transitus, diuturna et pertinax paralyseos duratio et demum tumores, qui gangliorum instar in metacarpo manuum et metatarso pedum simul prorumpunt, primae videntur favere sententiae. Quibus si addideris curationis rationem, qua et paralysis et tumores eiusmodi discutiuntur eandem adhuc probabiliorem reddes. Nec obstat, interdum paresin huiusmodi evanescere, solis remediis abdomini et interne adhibitis, ut Swietenius sibi suadet. Nam D. Hilaryus historiam narrat, ex qua morbi materiem paralysin manuum effecisse, per externa applicita medicamenta discussa, dolor intestinörum rediit, et hoc iterum cessante manus denuo paralysi captae sunt."

§. 27.

Iam diximus paralyses atrophiasque post frequentiores colicas oriri, qui morbi, maxime memorabiles, gravissimae pertinaciae causa medicum summopere perturbare solent, quosque nunc singillatim persequar. Paralysis summatim est actio systematis irritabilitatis, imminuta, vel ex toto sublata, quae multifariis causis in systema nervo-

um agentibus oritur, et hoc in casu a plumbo ıducitur. Plumbum peculiari vi in systema ner-osum agere, sopire, anodynum esse, quin etiam ıaxime si venenosus morbus continuus est, et ensim sensimque post frequentes colicas obor-ıs, aucto gradu, paralysin provocare, supra iam ıemoravimus. Inter partes corporis, quae cor-ipi solent paralysi, praecipue ei extremitates sunt bnoxiae; sequitur debilitas, tremor, atque vis ıotrix tollitur, durante tactus sensu. Imprimis ero extremitates superiores, et praecipue manus orripiuntur, quae saepe paralysi afficiuntur, dum edes usque moveri possunt, quod Stoll, vir hac ı re peritissimus, experientia edoctus, in medium m attulit. Extremitates, et praecipue manus equentissime corripi, qualem plumbum immedi-te applicatum excitare possit effectum, ostendit; pinor enim hoc symptoma soli plumbo contacto sse tribuendum.

§. 28.

Atrophia morbus est systematis reproductivi, ıius causa proxima latet in transitu materiae utrientis in circulationis communis vias impe-ito, ideoque praecipue in habitu morboso vaso-ım chyliferorum, quae quasi clauduntur certe ımen obstruuntur, quo facto emaciatio universa-s sequi debet. Pathologia, hunc morbum mul-

tifariis potentiis externis et internis gigni, maximeque organis digestionis frequentioribus morbis expositis, oriri, edocemur. Eo magis fieri potest, ut aegri post iteratas colicas saturninas in hunc morbum incidant; quae res peculiari vi constringente plumbi in vasa abdominis explicanda est, et plumbi potissimum vaporibus gignitur. Atrophiam adesse, ex emaciatione et debilitate corporis cognoscitur, ubi aegri vel alvi obstipatione, vel, si intestina quodam modo iam paralysi sunt affecta, diarrhoea laborant. Quibus symptomatibus crescentibus, febris exoritur, et denique cachexia universalis vitae finem imponit. Quare non raro, aucto atrophiae gradu, cum saepenumero oriatur hydrops et ipsa phthisis, alias cachexias conspicimus, quibus organismus ad supremum usque gradum emaciationis perducitur. Inter emaciationes ea quoque, quae unam modo corporis partem occupat, memoranda est, quod Richter 1) habet signum morbi venenosi, plumbo exorti, pathognomonicum. Conspicitur hoc symptoma in tabe musculorum inter pollicem et digitum indicem, ita, ut hoc in loco exoriatur fovea.

§. 29.

Denique breviter corporum, plumbo extinctorum, mentionem facio, uti resecta oculis se prae-

1) Richters specielle Therapie. 4. Bd. p. 196.

ent. Sennert 1) medicum quendam peritum reibergensem, narrat, morbo venenoso ex plumbo ctinctorum pulmones, partibus plumbi invenisse npletos. Rudolphi lumina intestinorum immiuta reperit. Richter casus commemorat, quibus arietes intestinorum conglutinati, imo etiam epe gangraenosi, hepar et lien indurata et pleque viscera tumoribus scirrhosis obducta invebantur. Systema glandulosum, maxime meterii glandulae vehementer erant induratae, rumque vasa obstructa. Si colicam saturninam cuta erat enteritis, signa inflammationis et ganraenae observabantur, simul etiam turgescentia enae portarum, in eaque nec non in cordis veniculis concrementa polyposa. Stoll, resecto caverum cranio, vasa omnia encephali solito ulto ampliora, et sanguine turgidiora invenit, iam in aliis, alio morbo emortius.

§. 30.

Dein ad morbos plumbo excitatos, et in spee ad colicam saturninam curandam si transimus, rationem distribuamus necesse est in prophycticam et therapeuticam. Curationis prophylacti-

---

1) Daniel Sennertûs de chymicorum cum Aristotelicis et Galenicis consensu et dissensu. Wittenberg 1655. cap. 9. p. 113.

cae in genere est, corpus, summa, qua fieri potest, diligentia servare ab influxibus noxiis, inimicis, et hoc in casu a noxio influxu plumbi, quem in finem in universum hae regulae statui possunt. Experientia edocti scimus, plumbi cum saliva mixtione, quae tam saepe deglutiri solet, noxios exoriri effectus, quare homines, plumbi tractando occupati, salivam frequenter respuere debent, et, priusquam cibos sumant, os aqua fovere. Pyl, ut hi operarii larvis instruantur, quibus os et nasus modice claudatur, suadet, itemque ut labores mutentur aliis aliis succedentibus. Praeterea huius conditionis homines, ne noxius effectus plumbi, in corpus iam inducti, augeatur, abstinere debent a cibis acidis, contra vero pinguedinibus in magna quantitate vesci, quae, cum per se iam leniant, iustam deinde alvi deiectionem efficiunt, impediantque, quo minus, intestinorum parietibus, pinguitudine obductis, plumbum resorbeatur. 1) Ita internas corporis partes quodammodo servabis, externam vero balneis adhibitis, tueberis. Quibus nimirum transpiratio semper conservatur integra, plumbi partes cuti inhaerentes abluuntur, et quisque cutis spasmus impeditur.

---

1) Fr. Hoffmann l. c. p. 436.

§. 31.

Curatio therapeutica in usum vocanda est, lumbo ipso, iam in corpus inducto, eiusque finis est, noxios effectus curare, iisque, quae sequi olent, obviam ire. Quare si quisque sumsit maiam copiam plumbi vel temere vel consulto, meticum primum dandum est, ut hoc modo efciatur veneni, quantum fieri possit, excretio. Si ero aeger sponte iam vomit, initio studemus voitum continuare, id quod in universum in ombus venenosis morbis eius generis fieri debet. aeger fortiter vomuit, venenum, uti, in omnius venenis acribus, involvere conamur et demponere saponis solutionibus et mucilaginibus. olicam, iam perfecte exortam, quod attinet, in ea randa his indicationibus satisfacere debemus.

Indicationis primae finis est, ut tollatur vel minuatur stimulus, plumbo genitus, spasmusie atque dolores inde exorti. Materia medica os medicamina ea, quae antispasmodica nominaus, edocet; quibus satisfit huic indicationi. dem, licet non eiusdem gravitatis, huc pertint involventia. Antispasmodica quod attinet, medium cognoscimus summi momenti, opium licet, quod etiam hoc in casu vitam multorum minum, a periculo omni liberavit quod de Haen, oll, et Hufeland merito summis efferunt laudi-

bus in colica saturnina. Mihi quoque saepissime contigit, ut praestantiam eius admirarer in multis casibus. Stoll largiori id dosi adhibebat, praecipue camphora mixtum. Casum, quo una nocte tredecim grana sumi se iussisse, Stoll narrat, tantumque aberat, ut sensuum stuporem afferret, ut potius contrarium efficeret. Quo in casu opium datum, alvi deiectionem necessariam efficit, spasmo, plumbi effectu exorto, sublato. Tralles 1) auetore, cum inflammatio doloris effectus neque causa sit, et, spasmo non sublato, inflammatio augeatur, in eo quoque casu adhiberi potest, ubi iam inclinatio ad inflamationem in imo ventre adest. Opium vero, si adhibemus in colica saturnina, dosis magna esse debet et adhibendum est, vel per se vel cum aliis coniunctum remediis, de quibus infra sermo erit. Praeter opium alia quoque antispasmodica sunt adhibita, quorum effectus tamen effectui Opii non par erat, et hac ex causa rarius in usum vocata sunt.

Eodem opium gaudet effectu, externe adhibitum, quando usurpatur in Clysmatibus et praecipue cum linimento ammoniato coniunctum, ad abdomen prospero effectu infricandum. Involventia quod attinet, haec quoque effectu gaudent leniente

---

1) Tralles in commentariis de (rebus in scientia naturali et medicina gestis Vol. VIII. 1 Thl. p. 490.

ciuntque necessariam alvi deiectionem. Huc
tinent olea pinguia, praecipue Oleum Ricini,
us sumitur altera quaque hora cochlear, porro
mata ex Oleis pinguibus. Quo loco balnea te-
a etiam memoranda sunt, quae corpori valde
sunt, et nunquam neglegi debent.

Ad secundam indicationem utimur decom-
entibus et neutralisantibus, quibus venenum
canalem intestinalem iam inductum, decompo-
et nentrale reddere studemus. Quem ad fi-
laudatur Kali sulphuratum, Orfila autem con-
icente: Efficit quidem cum plumbo sulphu-
haud solubile, Kali vero sulphuratum, cum
in casu largioribus dosibus adhibendum sit,
per se spectatum, periculum affert. Hermb-
quidem liquorem probatorium Hahnemanni
nendat, experientia vero, cum, plumbum
uricum docuisset, interne adhibitum, mag-
icet dosibus datum, non tam noxios effectus
, Orfila in venenosis morbis ex plumbo sa-
quibus inest acidum sulphuricum, commen-
quo pertinet praecipue magnesia sulphurica.
quoque sententiam experimentis pro-
in canibus institutis 1). Alumen etiam ad

---

rfila l. c. 2. Bd p. 279.

ista pertinere salia arbitror, quod Gráshuis ; mum adhibuit, et Richter 1) summis laudibus tollit, nec minus Goebel 2). Cui vero medican multi effectum prosperum abnegant, et, si li mihi meam ipsius exponere sententiam, nunq respondisse exspectationi fateor, etenim quibus casibus in usum vocabatur, nihil plane effe Multis in casibus, quod opium, hisce reme coniunctum est, prospere evenire solet, haec dicatio, cum priori coniungi potest.

In indicatione tertià persequenda, amoven sunt substantiae alienae, in tractu intestinali c tentae, quae sunt vel remanentes plumbi pa vel excrementa copiosa, bilisve acris, ibi aggreg Haec quidem agendi ratio gravissimi est mome per longum tempus continuanda, quae, ubi ne gitur, summum vitae periculum afferre pot nec tamen, nisi spasmo, in tractu intestinali s lato, est persequenda. Huc pertinent praeci salia media, aliaque insuper purgantia, folia s nae, Rheum, oleum Ricini, Clysmata evacuan In hac quoque indicatione persequenda, pri coniungi debet, ita ut remedia, quae diximus, tispasmodicis, praesertim opio, valerianae, C

1) Richter specielle Therapie Bd. 5. p. 200.

2) Hufelands Journal Bd. 8. St. 2. p. 195.

reo, Hyoscyamo et extracto chamomillae asso-
entur.

§. 32.

Haec de curatione colicae, quatenus hoc loco actari potuit. Restat, ut de curatione paralyseos : atrophiae verba faciam. Qui morbi, cum in enere secundum propriam curandae sint indolem, uod hic copiosius exponere, dissertationis fines xcederet, quaedem solummodo facta, experientia robata, commemoraverim. Paralyses praecipue urantur usu balneorum sulphuratorum; interne pium, Sulphur, Liquor ammonii sulphurati pro- unt. Si altior paralyseos gradus est, phosphorus ommendatur, quo multa vidi experimenta, in no- ocomio caritatis Berolinensi instituta, in quibus ptime successit. Lentin 1) vidit aegros sanatos hermarum Pyrmontanarum usu, quare itaque com- mendat. Ceterum camphora, mercurius, omnia- que excitantia in his morbis maxime laudantur, quorum potissimum vis electrica est, licet non desint casus, quibus paralysis, ea adhibita, auge- batur. 2) Burserius 3) ut membra in ventres ani-

1) Lentin Beiträge zur ausöbenden Arzneiwissenschaft Leiqzig 1797. 1 Bd. p. 105.

2) Mohrenheims Beiträge 1 Bd. p. 23.

3) Jo. Bapt. Burserii de Kanilfeld Instit. med. pract. vol. IV. S. 393.

malium, modo mactatorum, immittantur, suad Frequentissimam paralysin extensorum man ubi morbus totius corporis jam cessabat, Pemb ton 1) sanabat modo mechanico, dum lamin ligneam in longitudinem sub antibrachio usqu ad apices digitorum figebat, quo facto, extensor vim priorem receperunt.

1) Pemberton l. c. p. 161.

CURRICULUM VITAE
X DECRETO GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS BEROLINENSIS ADIECTUM.

Ego, Carolus Christophorus Lebrechtus Trüstedt, erbenae, Marchiae oppido, die VII. M. Martii anni DCCXCIX. natus sum. Litteris, quae studiis acade-cis viam muniunt, imbuto mihi contigit, ut m. Apri- anni MDCCCXVIII. in numerum studiosorum In-tuti Regii militaris-medico-chirurgici Friderico-Gui-miani reciperer, ubi per triennium utriusque me-:inae studiis vacans, hisce Illustrissimorum Virorum tionibus iuterfui: De botanice et historia naturali livi Ill. Link, de phisice, chemia et pharmacia Ce-.Turte disserentes. Anatomiam corporis humani ar-ıque cadavera rite dissecandi ab Ill. Rudolphi et Knape didici, nec defui Ill. Rudolphi et Cel. Osann olis physiologicis. De pathologia et therapia tum erali tum speciali deque semiotice Ill. C. W. Hu-nd, Ill Horn, et Cel. Fr. Hufeland exponentes au-. Ill Knape artem formulas medicas concinnandi minus Cel. Osann materiam medicam me docue-t. In omnibus, quae ad chirurgiam pertinent, dis-inis, duces mihi fuerunt Ill. Mursinna, Ill. Graefe, Rust et Cel. Kluge. Exercitationibus clinicis me-

dicis interfui Ill. C. W. Hufeland et Cel. Neumann
Arte obstetricia Cel. Kluge me instituit atque Ill Kn
pe duce ad studium medicinae forensis me contuli.

Anno MDCCCXXI. nosocomium caritatis Beroli-
nense adii, ubi per annum chirurgi munera suscepi.
Quibus peractis, chirurgorum numero in exercitu no-
stro adscriptus sum.

Tentamine iam et examine rigoroso rite absolutis
spero fore, ut, dissertatione hac defensa, summi in
medicina et chirurgia honores rite in me conferantur.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Bilis a vena portae secernitur.

II.

Aneurismatis curatio per ligaturam compressioni est praeferenda.

III.

Dentitionem morbum esse nego.